

LIBER TRIGESIMUS NONUS.

De operis novi nunciatione.

TITULUS I.

SUMMARI A.

1. Quibus in casibus qui possit vel non possit opus novum facere, qui alteri nocetur?
2. Quid sit operis novi nunciatio? Ob quas causas fiat? Quo modo fiat per praetorem, & quid tunc prius praestare debeat nunciatus? Quo modo per lapilli iactam? Quo modo verbis? Quid inter hos modos intersit rationi retinendae possessionis? Nunciatio novi operis sepe unam tantam speciem denotat, quae verbis sit.
3. Qui possit nunciare nomine publico vel privato; Ubi de pupillis, superficiariis, emphyteutis, creditoribus hypothecariis, bonae fidei possessoribus; tutoribus, procuratoribus, fructuariis, servitutem realem habentibus. Quid juris, si plures nocentur opere novo?
4. An & coloni vel inquilini? An servi? Quid intersit inter interdictum de operis novi nunciatione, & quod vi aut clam? An, & quo modo socius socii, sive in communi, sive in proprio fundo quid novi faciat? Quo modo moribus socii succurratur?
5. Quibus nunciatur? An, & quo modo praetori ipsi aut alteri magistratui? Quid juris, si plures sint domini rei, in qua opus novum fit? An & nunciatio fiat messem sationibus, arborum vel vinearum putantibus? An & opus pristinum reficiendis, aut iis, qui opus jam persequuntur?
6. Facienda nunciatio in re praesente. Quid, si in pluribus locis opus fiat? Quid, si partim jure, partim non jure? Consulendum, tempore nunciationis modos adhiberi
vis, pueris, puellis, infantibus, qui sunt in opere?
7. Quis sit effectus nunciationis? An destruendum, si in opere periculum sit? An & si pergens habuerit extruendi jus? An & si perrexit cum jam coepisset agere, jus tibi esse ita edificare? An & si perrexit, cum ignoraret, nunciationem factam esse? Et quid, si heres contra nunciationem defuncto factam perrexit?
8. An id, quod contra nunciationem extructum est, autoritate privata destrui possit? remiss.
9. An cesset effectus nunciationis morte nunciantis vel alienatione per eum facta? An heres nunciantis de novo nunciare possit? Et an experiri interdicta de operis novi nunciatione? Quid moribus?
10. Cessat si praetor, qui prius jufferat, deinde prohibeat nunciationem; vel si nunciatus eam remittat. An & remittere possit eam, quae praetore auctore facta est? Quibus ex causis praetor eam remittat? Ubi de nunciante, qui voluit de calamitate jurare, aut de rato carcere, aut carnis jure nunciandi. item de oblata per eum, cui nunciatum, cautione de destruendo, si appareat, non jure extructum esse, sive accipietur, sive non. Quales interponi debeat, & an praetorem statim admittat, an demum post tempus? Admissa cautione, quale interdictum habeat pergere desiderans?
11. An & cesset morte ejus, cui facta, vel alie-